

Ambrosij Eboriolani i sac theologia
professoris sacri ordinis fratrum heremitarum
sancti Augustini Oratio de laudibus eius
deu sancti coram pio secundo ponti-
ficis. et toto cardineo cetu habita anno
salutis. M. cccclxiiij. Tybure in die eius-
dem sancti feliciter incipit.

Consueuere

beatissime pater reuerē
dissimi domini ceterique
patres reuerēdi. qui de
magnis grauibuscum re-

bus apud celeberrimum prestantissimorum
virorum uentum orationem habituri sunt
plerisque in ipso dicendi principio moue-
ri atque animo perturbari. formidant enim
sidentis maiestatem. uerentur assistentium
auctoritatem et gloriam. dignitate quoque
ac tactum de se auditorum iudicium perti-
mescunt. Cum enim quotiens dicimus.
toties de nobis iudicem. difficilis profes-
to et magni animi res est ornatum ac ma-
ximi pontificis splendore undique circum-
fulsum. circumuallatumque insignium vi-
rorum multitudine quempiam solum cum-
ctis silentio porare. et se totum audien-
tum examini atque sententiae committere. Ea-
de re plerisque interdum tantus timor oc-
cupauit ut quid dicturi sint non satis in-
cipere. Quidam quod inceperant ad finem
usque deducere non ualuerit. sic Theophras-
to philosopho omnium suae etatis facun-
dissimo apud populum Atheniensem ora-
turo dixit. Sic demostheni. cuius eloque-
tiam omnis graecia decantat apud Phi-
lippum Regem deus facturo euenisse le-
gimus. Cicerone item lingue latine prin-
ceps et Romani decem Imperij in seipso
sepissime expertum esse scribit. ut ipso in-
tuo dicendi exaltescat. et contremescat ple-
risque etiam superioris et nostrae etatis uir-
tutissimis pariter et eloquentissimis id-
ipsum euenisse scimus. ut dum auditorum
prestantiam et auctoritatem attendit nimis
meditatione considerant. unde orationis
exordium sumant. aut ubi potissimum de-
sinant. non intelligunt. Quid igitur ego fa-
ciam. Aut quid agam Beatissime Pater.
qui neque ingenio. neque auctoritate. neque
ulla dicendi exercitatione ualeo. Profe-

cto et si tantorum dominorum presentia. at-
que tot peritissimorum uirorum astantium
auditu mihi mentem atque animum commo-
ueni certe sciam. nihilominus cum mate-
statem auctoritatem sanctitatem summam
denique splendorem tuum excogito. totum
me timor ac tremor apprehendit. tum quod
nihil tam magnificum tam luculentum atque
expolitum posse afferri pensitabas. quod
non exile obscurum atque sordidum apud
celsitudinem et summam eloquentiam tuam
videretur. Magni enim habes ingenium
et pene infinitam sermonis suppellectilem.
Facile namque et pure et eleganter loqueris.
Facilitasque ipsa et puritas sumis locis gra-
uibusque sententiis pollens. mirra est mire
prudens et tuus ipsius rei magnitudine. de
qua oraturus hunc locum ascendit. Nam
quis tam frequens usus consuetudoque di-
cendi. Que tanta vis et copia orandi. Quod
tam elegans et incredibile orationis gen-
us. ut Augustini maxime ecclesie splendoris
laudes plenarie posset et accumulate com-
plecti. Equidem ex omnibus rebus quas
mihi prepotens deus donauit. nil mihi
sentio quo digne possem merita eius ex-
tollere. Cum nec humanum quodcumque ui-
genium ea. satis excogitare ualeret. Quam-
obrem non modo tempus quo et ipse ui-
ta uitalis extitit. satis non esse. sed alterum
me fore Augustinum oporteret si ob ac-
rendam diuinam sapientiam defensandam
gubernandamque fidem christi exercitationem
eius et operam referre uellem. Verum cum
id a me prosum alienum sit. summi ac im-
mortalis dei. sine cuius afflatu eleganter
dicere nemo potest. Accersire fauorem
et implorare auxilium oportet. Quod ut
commodius atque facilius efficere queam.
Mariam uirginem dei genitricem. reginam
polorum diuine sapientie habitaculum. et
celerem gratiarum datricem silentio. hu-
militer ac deuote cum celesti nuncio salu-
temus dicentes. Ave maria etc.

beatissime pater pia etc

Ergo beatissime pater Augusti-
ni laudes proprijs aggredi uir-
tibus temerarium existimaram. tam-
men de superfluo rore ad eas ipsas quas
tulacumque ex parte recensendas vires susce-
pi. Si quod tamen vel minus cumulate vel inco-
mpte aut inepte dicerem tua pinnata clementia
pietissime patri non dubito mihi veniam sus-

[Marginal notes on the left side of the page, partially obscured and difficult to read.]

allaturus. Studeboq; adiuves hunc do
 ctorum principem tam breuiter laudare
 q; breuius tantus sapientie splendor lau
 dibus extolli possit. Cuius quidem ou
 ginem pumo atq; vitaz eius sanctissimā
 paucis abstringam. Subinde rerum ab
 ipso gestarum quasdam solum minimas
 recensebo. Aurelius itaq; noster Au
 gustinus vt pumū dicere. Afer quippe fu
 it. et ex ciuitate Tagastensi. de numero cu
 rialiū parētib⁹ genitore Patrício. Poni
 ea ho matre mouibus sanctissimis. et sum
 ma grauitate predictis erudit orundus.
 Quēz adeo pure adeo sancte mater aluit
 vt nūq; lac suggeret. quin preciosissimum
 Jesu scilz saluatoris nomen ab optia pa
 rente inuocatum inbiberit. quo factū fu
 it. vt nullam fere cuiusuis libri dulcedinē
 ei lectio afferebat. que saluatoris nomine
 premunita et compra non exiit. Quod
 maximū fuit incitamentum vt manicheo
 rum sectas desereret. et in christianitatis
 fonte renasceret. Nam hoc est illud glo
 riosissimum et maxime efficientie nomen.
 quod totiēs potarat. in quo errores om
 nes dimitti. et eternam adipisci veritatez
 oportet. Hic cum adhuc in euntis fuisset
 etatis adeo formosus. adeo modestus.
 adeo deniq; venustus erat. vt de se om
 nibus spem maximam daret. quos eū vi
 dere et intueri contingebat. Hic tanto pu
 er valebat ingentio. vt pleriq; omnes stu
 pore imbuti eius gloriam et altitudinem
 p̄dicere. hic paulo magis progressus eta
 tem. spem omnem quam dederat incredi
 bili virtute supauit. Nam quis ab ip̄o
 mundi exordio et inenarrabili eius ambi
 tu vnq; fuit. qui sua vt ita feram in ado
 lescentia ea ex sese intellexit. que Augu
 stinus omnū scientiarum exemplar. et di
 uine sapientie quasi quedam imago intel
 lexit et sciuit. Dicenim sicut in eius con
 fessionū codice sepe lectitauit. quicquid de
 figurarum dimensionibus. quicquid de
 numeris ac musicis compertum erat. ma
 gna sine difficultate nullo videlz traden
 te homine didicit. Hic Aristotelis. Pla
 tonis. Zenophontis. aliorūq; philoso
 phorum et illustrium auctoꝝ libros sin
 gulis in artibus quas liberales vocāt. in
 tenere sue etatis annis sese quosq; potuit
 legit. ac preclarum mirummodum intel

lexit. Hic in alte Carthagis. Roma.
 atq; Mediolanensis gymnasijs nondū
 longe adultus etate. tanto cum honore.
 tanta cum gloria. tanta demū euz elegan
 tia dicendi artem docuit. vt alij Philista
 tum qui in dicendo tantū valuit vt ei re
 gimen. et imperium melliflua sua oratio
 ne Athenienses committeret. Alij egestā
 Lirenaciū qui. teste Valerio. sic vite ma
 la populo presentabat. vt mulus volun
 tate mortis appetende cupiditatem in
 generaret. Alij paridem qui sua eloquen
 tia. vt libuit. verauit Athenas. Alij silpo
 nem Atheniensem quem orantes omnis
 grecia ammirabatur. Alij Zenophontē
 qui p sua imensa dicendi suauitate arbi
 ca musica dicebatur. Alij Marcum Lu
 lium Ciceronem. cuius ab ingenio lin
 gua latina fulget eum fuisse censebāt. At
 ho alijs e celo potē q; ex femineis viscer
 ribus lapsus videbatur. Hic dialecti
 cam ad veri falsiq; cognitionem. ad dis
 putandum. p̄ obandum. refellendūq; sic
 vehementer accomodauit. vt non modo
 Cronum. Archelauum. Crispū. Bo
 giam. Leontinū. aliosq; acutos et acerr
 mos dialecticos. verum etiam quocunq;
 fuere mortales adeo supasse visus ē. Et
 doctor ille sanctissimus et mediolanensis
 antistes Ambrosius cōtinue in ecclesiasti
 cis orationibus ante eius baptisma de
 precari dominū iusserit christianūz popu
 lum ab Augustini logica liberari. Acce
 pto autem summo cum feruore et incredi
 bili deuotione baptisate. ab eo quē pau
 loante Ambrosium nominauit ita catho
 licam vitam duxit. sic saluatoris precepta
 non solum. verum etiam vniuersa cōsilia
 gestabat in corde. vt noctesq; diesq; ex
 cogitare niteretur. quid p̄ ceteris salu
 brius. quid dignius. quid summi ac im
 mortalis dei filio acceptius potuisset of
 ferre. Victus eius adeo tenuis erat et
 parcus vt cum ad mensam proficisceret.
 audiendi verbi dei potius. q; sumendi ci
 bi causa recūbebat. Hinc nobis in regu
 la iussit. vt cum nos ad mensam aduen
 tare contingeret. non tam fauces sumen
 do cibo. q; aures audiendo verbo dei. et
 his que sin consuetudinem legerent ac
 comodaremus. Vestitus item ei⁹ sic
 honestus erat et mediocris. vt se de pre

closo veste erubescere fatebat. ardebat in super ea caritate. ut quicquid ei daretur, libentius illud pauperibus distribuere. quod pro se recipe satagebat ut ignaros villo sine ne precio doceret. ut ei nihil dulcius acciderere potuisset in vita quam eos moribus. scientia. ceterisque salutaribus documentis exornare. quos ad bene beateque viuendum deditos esse cognouerat. Tanta quoque mouebatur pietate. ut et presul quosque poterat visitabat infirmos. viduas defendebat. orphanos protegebat. solatur afflictos. ecclesias religiosorum conuentus. et hospitalia pro viribus erigebat. predicatationibus et orationibus. ieiunijs. disciplinis. ceterisque ad acquirendam felicitatem opportunus sic vehementem operam dabat. ut non iniuria hodierna die. de eo illud ceter ecclesia. Non est inuentus Augustinus similis qui conseruaret legem et celsi. Quid plura. De rem dignam memoria posterum. De rem cunctis seculis predicandam. quis vnquam tante humilitatis at constantie fuit. ut vniuersa peccata que mente. voce. ac opere in omni vita sua perpetrarat. sic confessus est. ut ea cunctis veluti Augustinus legenda reliquerit. Quis denique omnem vitam eius non miretur. Nampe ut huic generi finem imponam tantum te sue vite erat excellentia. tanta sublimitas. tanta denique sanctitas. ut omnium seruatorum dei. ceu ab Anastasio didici. reprehensibiles culpabilesque mores apparere faciebat. Qui cum italiam et omnem pene aphricam peragrasset. cum omnem Christi fidem defendasset. cum eam defensam innumeris propugnaculis premunitisset. premunitam stilo quodam preclarissimo posteris reliquisset apertam. cum septuagesimum et secundum iam ageret annum. ex hac mortali vita discessit. et ad superos summa cum gloria. et immensa cum felicitate. veluti Christi fidei iubar quodam splendidissimum euolauit. Et hoc de primo genere satis.

¶ Hinc ad alterum dicendi genus me conferam. vbi de suorum preclarissimorum operum copia breuiter dicere aliquid institui. Que cum innumera. et ab humano ingenio pene inexcogitabilia sint. Quid de eis agam. Pro

fecto si mihi linguas centum oraque centum vocesque ferreas superi donassent. et libros non dico legere. sed recensere solum. dum mens mea humi defixa foret proisus nequirem. Ferunt enim Marcum Terentium Varronem. ut Possidonius Antistes optimus eleganter scripsit. innumeros libros composuisse. Apud ite grecos Calcidorus miris attollitur laudibus. De nostris inquit Eugenem sex milia libros. et Hieronymus etiam memorat scripsisse ferunt. Et hoc Augustinus cunctarum splendorum scientiarum. et diuine sapientie scriba solertissimus omnium: studium. scientia. et ingenio vitia. altiora enim et quasi plura hic solus in sacra sophia edidit quam ceteri omnes conscripserunt. Nam tanta dictando priuatim tanta in ecclesia diuersisque locis. nunc disputando. nunc monendo scripsit. ut diebus ac noctibus quis eius libros scribere nondum posse. sed mentitur qui se totum legisse fatetur. Preclare itaque a Volusano disertum fuit. Legi dei deest. quicquid Augustinum contigerit ignorare. Nam quis christianam doctrinam. Christi religionem. religionis naturam declarauit. Augustinus. Quis virginitatis officium. conjugatarum normam viduarum vitam aperuit: Augustinus. Quis paganorum ferocitate. hereticorum tenacitatem deuicit. Augustinus. Quis heresim pelagianam. heresim manicheam. et donatistam heresim sabellianam. et arrianorum destruxit. Augustinus. Quis confitendi modum. penitendi vicum. orandi viam. profutendi semitam. protestandi formam ostendit. Augustinus. Quis anime quantitatem ipsius formas. eiusque imaginem manifestauit. Augustinus. Quis moralem. actiuam et contemplatiuam vitam. Quis prophetarum reseruit archana. Quis euangelicam aperuit doctrinam. Quis apostolorum denuciavit actus Augustinus. Quis virginum continentiam. Confessorum normam. doctorum scientias. martyrum tormenta. apostolorum predicationes. angelorum essentiam. eorumque loquendi modum. et sumendi corpus. archangelorum potentias. Gabrielis fortitudinem. Seraphim feruorem in apertum duxit. Augustinus. Quis dei genitricis Marie gloriam et altitudinem explanauit. Augustinus. Quis

vtranz illam ciuitatem Hierusalem. vlt
delicet ⁊ Babyloniam. hoc est facinoruz
⁊ virtutum siue celestium ⁊ terrestriu vi
bem. ita disserto ⁊ imenso volumine ape
ruit. Augustinus. Quis paradisi arbores
originalem maculam. mortale crimen. ve
naleq; peccatum distinxit. Augustinus
Quis situm orbis. terream. aqueam. ae
ream. igneaq; regionē descripsit. Augu
stinus. Quis superiorum ⁊ inferiorū cot
porum compositionem nouit. Augusti
nus. Quis cōgrue fari. apte elemēta cōiū
gere docuit. Quis disserte distictaq; loq;
nos mirū exornauit imodum. Quis ver
rum ⁊ falsuz discernere insinuauit. Quis
numeros eorū dēq; proportionēs distin
guere dedit. Augustinus. Quis dimēsi
ōnes. lineam. videlicet ⁊ superficiem. cor
pus. tempus ⁊ locum. perfecte intelligere
donauit. Augustinus. Quis sphere qui
ditatem. ipsius centrum. ⁊ aqem. eorū dē
circulos. polos. mundi formam. ⁊ signoz
ortum atq; occasum. ⁊ dierum ⁊ noctuz
diuersitatem. climatū diuisionem. ⁊ so
lis ⁊ lune eclipsum. planetarum motū. eo
ruū dēq; sufficientiam. bellum. pacem. fer
tilitatem. inopiam. pestem. humanorūq;
proportionēs delucidauit. profecto Au
gustinus. Quid alterius inquam Augu
stinus mūdi creationem notificauit. Au
gustinus plagas infernales descripsit. Au
gustinus purgatorias penas referauit. Au
gustinus florentis paradisi delicias pre
dicauit. Augustinus in diuisibilem illā tri
nitatem. patrem ⁊ filium ⁊ spiritum sanctū
vnicam esse essentiam tres ho personas.
quindecim libris ostendit. Augustinus pa
tris potentiam. filij sapientiā. spiritus san
cti aperuit bonitatem. celestē urbem. oēm
mūdi globum. omnem orbis sublimita
tem. omnem eius latitudinem. omnē deu
niq; superum celsitudinem. Augustinus in
dagauit. Sane itaq; Hieronymus ait.
Augustinus episcopus volans per mon
tium cacumina q̄si aquila. ⁊ ea que sūt in
montium radicibus non cōsiderans. mul
ta celorum spacia. terrarūq; situs. aquarū
circulum claro sermone pronūciat. Quid
plurib; moroz. quicquid de verbi dei in
carnatione. Quid de christi misterijs di
ci poss; ab Augustino precellentissime ex
planatum fuit. Nam Christi conceptio

nem aperuit Augustinus. Christi natiui
tatem referauit Augustinus. In Christi
vna eadēq; psona duas naturas asseruit
Augustinus. Circūcisionē. magoz ad o
rationem. oblationem in templo. dispu
tationem cum doctoribus. baptismā. mi
racula. ieiunia. transfigurationem. marty
rium. obitū. descensum ad inferos. resurre
ctionem eiusdem. ad celos ascensuz. almi
paraclyti missionem. Carismatum dona
postremūq; iudiciū. innumeris libris ei.
hec tuba spiritus sancti Augustinus pre
conizauit. O flos mentuz. ⁊ sublimitas
ingentorum. Omnia christianorum pro
tectio. O fidei speculum Augustine. Un
de tibi tantus sapientie fuit thesaurus. vt
vniuersa cognosceres. vt cuncta explana
res. vt omnes fidei confunderes aduer
sarios. Percule nil aliud existiare valeo.
nisi quoniam cū natura. homo esses. im
mensa eius bonitate. angelorum acie lar
giri tibi voluit deus. qua in vberimo sa
pientie sue fonte potares. ⁊ eius compos
sapientia. scientia. et summa virtute tua.
oim hominum irrigares animos. Hinc
sacer ille Hieronymus ad te scribens ait
in apte virtute in orbe celebrat. Latbo
lici te conditozem antique ruruz fidei ve
nerantur atq; suscipiunt. hinc te hodie al
ma ecclesia sacerdotem illum magnū esse
cecinit. qui in vita sua suffulsi domum. ⁊
in diebus suis corroborauit templum. Le
pli etiā altitudo ab ipso fundata ē. Hinc
preclarissimus ille doctor Basilius te om
nium virtutū formam ⁊ speculum quod
dam extitisse in natura testat. Quid plu
ra. Beatissime pater de Augustino eccle
sie splendore denudare potero. Augu
stinus vt Anastasij verbis vtar. fuit app
me vir totius prudentie. In sermone ve
rat. In iudicio iustus. In consilio pro
uidus. In cōmisso fidelis. In paupertate
humilis. In castitate fortis. In omni
sua actione compositus. Augustinus in
bello potens. In certamine victor. Fuit
par angelis in feruore. Par prophetis in
diuinorum reuelatione. Apostolis in p
dicatione. Martyrib; in desiderio pas
sionem. Virginibus in continētie obser
uatione. Eas ob res Longian; atq; Pau
linus viri probi ⁊ graues. beatos ac pure
relycentis virtutis lumine ad modum il

lustratos se fuisse fatebantur. Si Augustinum in carne viderez affari meruissent Existimabant enim ceu Valerius pontifex eodem cum Paulino admirat in sancte matris ecclesie templo neminem esse narum cuius Augustinus non modo magister sed etiam pater dici non possit. Existimabant omnium hominum in eo quoque modo relucere virtutem. Existimabant eum illum fuisse principem. que non dicam magni pontificatus dignitate. sed sapientia scientia et summa virtute sua. totius fidei curam suscepisse. Existimabant denique ut ego ipse reor. Pythagoram Socratem Platonem Aristotelem ceterosque mundi sapientes cum Augustino. neque gravitate. neque scientia. neque vlla virtute potuisse conferri. Testis est Eyprianus qui doctorum omnes silere iubet. ubi os mellifluum aperitur Augustini. Testis est doctor ille sanctissimus et Romanorum Pontifex maximus Gregorius qui ad Innocentium prefectum a fruce scribens in comparatione simul agnis Augustini furem suam opera fuisse fatebatur. Testis est Ricardus qui de Augustino loquens. huiusce verbis usus est. Hic perseverantie palma sic intelligentie pane cibatus. sic diuine sapientie aqua potatus fuit. ut in omnes terras audiatur sonus. et in sine orbis terre verba sanctitatis eius. Et eo quidem usque ceteri doctores stellis. hic christo soli comparetur. Nam ut in omnem orbem sol radios sue lucis emittit. ut reliqua planetis et astra singula lumina a sole suscipiunt eatenus Augustinus splendore sapientie sue omnem christi fidem illuminavit Nec dicere quispiam aliquid potest. quod a fonte lucidissimo sapientie et scie Augustini haurire fere non videatur. Testes denique sint Macedonius. Alanus. Isidorus. Petrus. Damianus. Egesippus abbas. Julianus episcopus. Valentinus monachus. Auselinus. Beda. Crisostomus. Boetius. Celestinus Pontifex maximus. Bonifacius comes. Octavianus dur. Campanie. Marcellinus. Cassiodorus. Severus antistes. Volusianus. Bernardus. et alij complures qui nihil de eo humile. nihil mediocre. sed totum summum. totum perfectum. totum denique immensum sensere. Quis denique Augustini

ingenij amplitudinem non miretur. Nam et si magno et excellenti ingenio preediti. in numeri extiterint multa que fuerint ab eis preclara et excelsa edita plerique tamen omnes unum eodemque dicendi modum assecuti fuere. Augustinus vero homo celestis. trinitatis imago. abyssus sapientie. ea mentis acie refulsit. ut non vno dicendi phyllo contentus. verum singulis in operibus aliovisus stilo fuerit. Existimarat enim hic doctorum princeps non res modo. verum potius rebus seriem dicendorum. fuisse accommodanda. Contemplamur etiam sepe numero apud Aristotelem philosophie profunditate. Contemplamur apud Claudianum affirmandi modum. Contemplamur apud Platonem explicandi facilitatem. apud Liceronem elegantes persuasiones. apud Livium hystoriarum veritatem. apud Lactantium aliena destrueret. apud item alios aliud contemplamur Sed anceps sum. quidnam magis in Augustino miretur. cum hec omnia longe lateque suis in operibus accommodauerit. Nam hic philosophie dogmata. hystoriarum plenam noticiam. iocunditatem. facilitates. elegantiam. persuasiones. impugnationes. cuiuslibet status monitiones. adeo complexus est. ut in omnibus singularis videatur. Quid opus est verbis. Hic ubique magnus. Ubiq; fortis. Ubiq; admirabilis. Ubiq; omni sanctitate copiosus. In omnibus maximus et vnicus apparuit. Maximus in exemplo. maximus in scientia. Maximus in sanctitate. Maximus in vita exiit regulari. Nam hic est ille in numero multitudinis imperator. Sub cuius regula plures quam due ac viginti militat religiones. Hic vnicus extitit. qui ad defendendam fidem. ad iudicandam veritatem. ad diuinum referendum archanum ad precellentissimam pandendam sapientiam. solertissimus omnium fuit. Iure itaque Hecartio sanctus Valerius inquit. quoniam nisi deus fidelibus suis fortunati tempore illum sapientie cumulum ac sancti patrem aureum Augustinus concessisset ac donasset. sanctificatio nostra desolata fuisset. dies festi nostri conuersi fuissent in luctum. Sublata nostra in obprobrium. honores et sublimitas nostra in merorem et planctum. Hunc igitur beatissime pater.

l

m.

totis viribus animatisq; mentibus in au-
gilium opēq; accersire persuadeo. quoniā
nec vereor. vt sicut eius tempore ab om-
nium hereticorum iaculis ecclesiam eri-
puit. Sic hīce temporibus summ⁹ & im-
mortalis deus orationibus & innumeris
meritis eius ab omni turcorum & infide-
lium atrocitate eam eximere dignabitur.
Iesu pijsimo prestante qui verax est & pi-
entissimus christianorum Defensor Amē.

Sermo eiusdē magistri Ambrosij cho-
riolani. In quo quidem ostendit. q̄ Au-
gustinus est imago trinitatis.

Boniam non

nulli quavis de causa nescio
concitati. Augustinū vt mea
in oratione disserui. Trini-
tatis imaginem nullo pacto

dicī posse retulere. ne quid absurde aut er-
ronee dixisse videar. meum in apertū du-
cere animum presenti sermone decreui.
quem non vt pertinaciter aliquid asse-
re quod absonus videatur institui. sed vt
indagata veritas elucescat. hoc scribendi
opus suscepi. in quo imaginis quiddita-
tem & noticiam primū indagabo. Subin-
de nonnulla transigere ac probare gestiā
Postremo quasdam pro viribus ambi-
guitates dissoluam. Ostendens nō Au-
gustinum solum. qui tam aperte tāq; di-
lucide indivisibilem illam trinitatem. in
vnica & ineffabili essentia cōsistere apuit.
verum etiam quamlibet dei creaturam ra-
tione preeditam eatenus posse nuncupari.
Ebi si quid quod aures miuus domi-
natiōis tue demulceat reperies illud tue
ingenti peritite corrigenduz offero. quod
tanto ago libentius. quanto non dubito
vehementius. summa cum caritate meuz
affectus honorem.

Ho quippe sunt in homine qui
bus ad indivisibilis eterneq; tri-
nitatis noticiam proficiscimur. q̄
rum vestigium alter. alterūq; imaginem
sacri doctores appellare consueverunt.
Hoc nempe. ceu a sapiētissimo Salomo-
ne didicimus in numero. pondere. & men-
sura consistit. aut in rei pncipij. medij. ac
q; finis distinctione. vt quidē sensere phi-
losophi. Nonnulli ex specie. figure. & ori-
dine cōstitui opinati sunt. Alij hō in vni-
tate veritate & bonitate cōsistere existimā-
tes. patri tanq; vno primo principio ex
quo sunt omnia. Unitatem filio ceu sapi-
entie prime. quā solā scire cōtingit venta-
tem. paraclyto hō spiritui sancto. quoniā
carissimum dona ab eius missione ma-
nant. bonitatem velut appropriata que-
dam contribuere. at vero imaginem dis-
cretam & vnicam quandam similitudines
& rei ad rem coexistentiam esse aiunt. quā
simpliciter minime suscipiunt. sed eam di-
rimentes aliam magis. aliam vero min⁹
perfectam esse dicunt. quā magis ac om-
ni ex parte fatentur esse perfectā bis pre-
munitam esse conditionibus diffiniunt.
Qd in natura sit intellectuali. qd in eo sit
quod ex altero sit natura profectum. Qd
vnum alteri simile sit & conforme. Quod
vtrūq; vnā eadēq; perfectiōne & essen-
tiam obtineat. Quod fin speciem ipsum
representet imaginatum. & eo quidem vsq;
vt hec illud omniphariaz imitetur. Hinc
pleriq; imaginem ab ipsa imitatione sum-
psisse nomen ferunt. quoniam eam ima-
ginatum in oibus imitari oporteat. Hoc
modo si quis imaginem sumat. recte sen-
tut dei solum filium patris imaginem nū-
cupando. Ipse nāq; solus est. qui cū sim-
plex. & intellectus summa puritate nitens
ac natura ex patre genitus. vnus eiusdē
q; substantie & essentie persistens. ei pror-
sus coomnipotens est & coequalis. Al-
tero quidem modo imago sumitur. cum
nec tot circumstipata conditionibus vni-
tatem nature. perfectionum equalitatem
naturalem originem & vim omnimodā
designandi repellit. in natura tamen in-
tellectuali similitudo qdam existēs. Ipsa
quoquo modo personalia indicat & repre-
sentat. sic non solum homines. quin mor-
do quodam excellentiori angelos ad dei